

No. 309. 1489. 26. Sept.

*Empfehlungsschreiben für den Chorherrn Mathias Knauth, welcher auf drei Jahre beurlaubt die Universität Ingolstadt bezieht.* Nos Andreas Titelbach praepositus monasterii S. Aefrae in Misna ordinis canonicorum regularium Misnensis diocesis universis Christi fidelibus ubilibet constitutis sinceram in domino caritatem. Quia sine veritatis testimonio nemo securius proficiscitur, hinc omnibus et singulis ad quos praesentium ostensor dilectus canonicus et confrater noster Mathias Knauth diaconus pervenerit notum esse cupimus, quod eundem certis ac rationabilibus de causis nostrum ipsiusque animum ad hoc moventibus, [ut] in studio per triennium amicorum suorum expensis in universitate Ingelstadtensi et non alibi pro laude dei et honore monasterii nostri insistere possit, a nobis licentia nostra et favore dimisimus per praesentesque usque ad dictum tempus triennii et non ultra dimittimus, servatis tamen per eum tribus substantialibus nostri ordinis, in quo ipsius conscientiam oneramus, universitatemque omnium et singulorum Christifidelium, ad quos dictus frater noster Mathias declinare contigerit, in Christi visceribus deprecantes, quatenus eidem caritativa subsidia in suis necessitatibus prout humana suadet pietas et christiana requirit religio, impendere dignentur a domino praemium sempiternum et nostrae orationis iuge participium recepturi. Datum Misnae anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo nono sabato post Mauricii praepositurae nostrae praesentibus subimpresso sub sigillo.

Nach dem Chartul. monast. s. Aefrae II. fol. 164.

*In einem an demselben Tage ausgestellten Revers erklärt Mathias Knauth:* Divino ductus spiritu et motu proprio nec inductus ab homine nec quavis machinatione sinistra allectus studio diligenti vacare expensis amicorum pro honore dei et monasterii nostri decrevi, super quo mei praelati praepositi s. Aefrae consensum habere requisivi — qui rationabili attentae precii favorose ad triennium et non ultra assensit, ita tamen quod praeiudiciale ordinis s. Augustini in vita vestitu conversatione [servem] — adiecto, quod infra hinc et festum corporis Christi eundem dominum praepositum praelatum meum de statu victualibus[que] meis competentibus faciam certiozem; quod si minime fecero vel idem dominus praepositus decreverit, iuxta statum meum sive exigentiam ordinis mei me non sufficienter fore provisum vel alias conversationi inhonestae deditum, praesentibus sub obedientia debita ad monasterium ad requisitionem domini mei praepositi me redituum promitto, et cum tempus studii mei triennale compleverim, ad monasterium nostrum in Misna redire velim ibique — pro laude dei et honore monasterii deo duce proficere et iuxta tria substantialia sicuti votum vovi domino vivere religiose. Sic me deus adiuvet et sancta dei evangelia. — Actum Misnae a. d. M.CCCC. octuagesimo nono sabato post Mauriti.

*Mathias Knauth kehrte in das Afrastift zurück, allein der Aufenthalt in demselben war ihm unbehaglich und es wurde daher, wie aus zwei Schreiben vom 8. und 9. Apr. 1494 hervorgeht, ihm die erbetene Entlassung gewährt. In dem ersten (Misnae, tertia feria post dom. Quasimodogeniti) erklärt Knauth, ‚daz ich aus wolbedachtem mute vnd synnen meyn absentia geforderth vnd genommen habe vnd dy swerlich erkrigeth von meynen prelatin vnd seniores, vnd gedenck forder wonhafftigk nicht meh in dyßem closter zu kommen, weyl ich lebe, vnd wil meinen prelaten vnd hern dez closters nicht anders zu vnd nachsagen, wen libe ere redelikeyth vnd allis guten, vnd daz closter eren vnd fordern, wu ich mack ader kan — so gerede ich bey meinen guten trawen vnd meinen waren Worten goth vnd dy heiligen evangelia.‘ In dem 2. Schreiben sagt der Probst Andr. Titelbach: ‚recognoscimus, quod devotus frater noster Matias Knauth pluribus vicibus allegans se in nostro monasterio ex certis causis de cetero commorari non posse pro licentia instanter supplicavit — nos eundem per praesentes licentiamus, ita tamen, quod — a data praesentium, ne ipsum vagari et a regula dissolvi contingat, in spatio semestri*